



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

v De patiente vomitum post sanguinis christi sumptionem vel emittendo
per secessum

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

liij **Quid** si sacerdos post sumptionem sacramenti vigeatur spiritu vel tussi &c.

Solo. Ante sumptionem ablutionis nullo modo expuerit i est vel extussendum aut excreandum. ne sic spes sacramentales et persequens sacramenti eiciatur. s; sputum vel quod vigeat ad tussim aut ad excretionem retineat vel transglutiat. Si autem ex nimia violentia hoc fieri non possit expuat vel extussat in aliquo vas aptum. vel in calicem si aliud haberi non possit. vel in paniculum mundum. et postea materia illa si non appareat aliquo sacramentales spes in ea comburat et cineres in sacrario reponant. Veritatem si sacerdos ante inceptioem misse presentiat se aliqua tali passione violenter molestari. tutius est vta celebratioe abstineat. Si vero post sumptionem debite ablutionis quia et os et labia sint sufficienter absoluta vigeat aliquo predicto. quis non sit amplius periculum. nisi propter maiorem reuerentiam sacramenti bonum est vt abstineat quantum potest quousque alium potum vel cibum sumpserit. Si tamen nimis vigeat eiciatur huiusmodi superfluitates ad aliquem locum vbi non calcetur pedibus vel habeat secum paniculum in quem mittat.

Dubiū

v **Quid** agendum sit si post sumptionem sanguinis patiat sacerdos vomitum vel ex infirmitate emittat per secessum quod sumpserit.

Solo. Sufficienter hoc potest ex dietis. Si enim ibi non possent deprehendere spes sacramentales panis. ex quo spes vini iam permixte sunt alijs humoribus vt non possint discerni. quare fortassis corrupte sunt. inuoluenda est illa materia in stupa vel panno et comburat. et cineres reseruandi sunt vt supra dictum est

vi **Quid** agendum sit si sacerdos post sumptionem sanguinis deprehendat venenum vel aliquod animal venenosum fuisse in calice. et illud se sumpserit sciat. an liceat eum vomitum procurare.

Solo. Si per vomitum speret se liberare. et presertim si medicus prescribat tunc licet ei euomere. Hoc tamen caute fieri debet in aliquo vas mundum. et si aliquo spes sacramentales ibi appareant recolligantur et in sacrario reseruentur. reliqua vero materia comburat et cineres similiter in sacrario reseruentur

¶ Capitulum octauum de dubijs que circa debitam formam consecrationis istius sacramenti occurrunt duos habet articulos.

Arti. i.

¶ Resoluit. xvi. dubia circa formam consecrationis panis occurrence

I **Quæ** sit sufficiens et debita forma consecrationis panis

Solo. Forma est ista. Hoc est enim corpus meum

ij **Utrum** hec coniunctio (enim) sit de substantia forme et de necessitate etiam proferenda.

Solo. Non est de suba forme neque de necessitate consecrationis sacramenti. non tamen debet scienter omitti. alioquin sacerdos grauiter peccaret.

iii **Utrum** sacerdos si omissis omnibus alijs que in missa dici solent diceret solum predicta verba super panem aptum consecraret.